

Wanley 1705 Humfrey Wanley, *Librorum veterum septentrionalium ... catalogus historico-criticus* (Oxford, 1705).

...

263b

...

Cartæ, Diplomata, seu Instrumenta temporibus RR. Anglo-Saxonum confectæ, quæ in Bibliotheca Cottoniana reperiuntur.

...

Pix. IIII.

I. Donatio trium Aratrorum ad meridianam plagam Civitatis quæ dicitur **Hrofescester**, Viro venerabili Beornmodo Episcopo, per **Coenwulfum** Merciorum Regem. Postea vero, in vacuo spatio inter Cartam et nomina Testium scripsit alius hæc verba **Adiectis Denberis in commune saltu. Otanhyrst. et Fraecinghyrst. Sceorfesstede. Crantabyras. Witherincfaladsto. et haeseldaen.** Denique, post nomina Testium scripta cernuntur, æmula sed aliena plane manu, hæc verba, + **Scripta est autem hæc kartula Anno dominicæ Incarnationis DCCC.XI. Indictione. IIII. his testibus Consentientibus et subscribentibus.** (V. Text. Roffens. MS. fol. 136, b.) <viii 31>

264a

II. Donatio unius Navis sive vectigalis Regi quod debitum fuit in portu Londonæ, Alwlfo Episcopo Ecclesiæque beati Andreæ Apostoli quam gubernaberit, per Aethilbald Regem Merciorum. Act. Memse Septembrio die Indic. II. Anno Regni XVII. (Vid. Text. Roffens. fol. 120, b.) <xvii 1>

In Dorso habetur Confirmatio ejusdem, a Beorhtwlfo Merciorum Rege in vico regali Werburgewic.

III. Donatio quatuor aratrorum in loco qui dicitur **Snoddingland 7 æt holanbeorge**, devotissimo Episcopo suo Beornmodo per Ecgbearhtum Regem, cum consensu dilectissimi filii sui Æthelwulfi Regis. A. D. DCCC.XXXVIII. Indict. I. (Carta suspecta, & ut videtur, ab interpolatore Cartæ superioris No. I exarata. Vid. Text. Roffens. fol. 138, b.) <viii 30>

IV. **De sex sulungis in Wuldaham, Saxonice**, de quibus, vid. Text. Roffens. fol. 147. et Dissertationem

D. Georg. Hickeesii Epistolarem, pag. 58; ubi habetur impressa cum versione Latina, ex eodem Cod. MS. desumpta. <viii 20>

...

VI. Donatio dimidiæ partis unius aratri ubi nominatur **Bromgeheg** simul et marisci vocabulo **Scaga** Diornan Hrofensis Ecclesiæ antistiti per Egcbertum Regem Cantuariorum. A. D. 778. in Civitate Doverni. (Termini habentur Latine, altera manuscripti. Vid. Text. Roffens. fol. 130.) <viii 34>

VII. Donatio X aratorum in **Bromleg** Ministro suo Æthelsige, per Æthelrædum favente superno numine Basileum industrium Anglorum cæterarumque gentium in Circuito persistentium, A. D. 987. Indict. 15. Termini habentur Saxonice. <viii 14>

...

IX. Instrumentum Venditionis & Emptionis decem manсарum sive sulungarum **æt Bromleage** quas ab Eadgaro Rege Anglorum cæterarumque gentium, Ælfstanus Antistes Ecclesiæ Hrofensis emit pretio LXXX mancusarum auri purissimi, & VI pondiis electi argenti, præter XXX mancusas auri quas Wulfstano Præfecto Regis dedit idem Antistes, ut fixa & immobilis permaneret Regis donatio. A.D. 955. Indict. 9. (Vid. Text. Roffens. fol. 150, b.) <viii 33>

...

XI. Carta fictitia Ælfredo Regi adscripta, qua eum donasse fingitur totam terram suam in Frekeham in pago Suthfolchi & terrulam suam in Yselham Burrico Episcopo Hrobi & Ecclesiæ suæ, liberam ab omni potestate regali, &c. A. D. 895. Ipsa autem Manus quamvis in quibusdam Saxonice imitatur, haud multum tamen vetustatem excedit 400 annorum. <viii 19>

...

264b

...

XVI. Instrumentum Emptionis & Venditionis, qua acceptis 15 pund. & 30 Mancusis, dedit Æthelbearht Rex Occidentalium Saxonum seu Cantuariorum Wærmundo Episcopo 80 Æcra & unum Viculum dimidium Civitatis **Hrobi** & unum Mariscum quod ad illam pertinuit, in æternam hæreditatem. A. D. 790. Termini scribuntur Saxonice, (vid. Text. Rof-

fens. fol. 134.) <viii 29>

XVII. Carta (ut videtur, Apographa) donationis terrarum intra mœnia civitatis Hrofensis S. Andreæ & Deoran Hrofensis ecclesiæ Antistiti, per Ethelberhtum regem Occidentalium Saxonum nec non Cantuariorum. A. D. 781. Termini scribuntur Saxonice. (Vide Text. Roffens. fol. 131.) <vi 4>

...

265a

...

XXIV. Donatio 10 Aratrorum in loco ubi dicitur **Bromleag**, Dryhtwoldo Ministro suo, per Æthelberhtum Regem Occidentalium Saxonum seu Cantuariorum cum consensu & Consilio Episcoporum & Principum suorum & Ecclesiasticorum & sæcularium. A. D. 862. <viii 32>

.  
. .  
.

273a

CODEX MS.  
ANGLO-SAXONICUS  
ECCLESIAE CATHEDRALIS  
ROFFENSIS.

Codex membran. in Quarto, cujus pars longe maxima, regnante Henrico I. Anglorum Rege, jussuque Earnulfi Roffensis Ecclesiæ Antistitis, eleganti manu descripta fuit; ideoque in litteris quadringentorum annorum, in prima pagina cernitur hæc inscriptio, **Text' de Ec'ca Roffn' per Ernulfu' Ep'm.** Habentur item aliæ quædam Inscriptiones recentium virorum, quas hic exhibendas duxi.

*Venerandum hoc antiquitatis monumentum, per integrum biennium desideratum, surreptore tandem detecto, sed Restitutionem strenue negante, Decreto supremæ Curiaë, quam Cancellariam vocant, non exiguis hujus Ecclesiæ sumptibus recuperavit, reddique pristinis Dominis curavit Gualterus Balcanqual hujus Ecclesiæ Decanus, anno post natum Incarnatum. 1633.* <Balcanqual>

**This Volume was Collected by Ernulfus a Bishop of Rochester, and by him intituled Textus de Ecclesia Roffensi.** <Lambard>

*Hinc excerpit E. B. (i.e. Edwardus Browne) Exorcismum Ordalii, & in Appendicem ad Fasciculum*

rerum expetendarum & fugiendarum *conjecit. 1689.* <Browne>

Constat hic Codex duabus partibus; quarum Prima, Leges & Constitutiones Regum Anglo-Saxonum tam Latine quam Saxonice, ex vetustis exemplaribus (nonnullis autem in locis mendose) descriptas, comprehendit; Altera Pars exhibet Registrum Ecclesiæ Roffensis, ad fidem autographorum; una cum aliis ad eandem Ecclesiam Cathedralē spectantibus, temporibus cum ipsius Earnulfi, tum successorum ejus exaratis.

Ex Legibus quæ in hoc Cod. inveniuntur, primum merito sibi locum vendicant, Leges Æthelberhti Regis Cantuariorum, quæ sic Saxonice in Rubrica inscribuntur,

I. fol. 1. **Ðis syndon þa Domas þe Æpelbirht Cyning asette on AGVSTINVS dæge:** de quibus hanc suam sententiam margini adscripsit Wilhelmus Lambardus, *Beda (lib. Eccles. historiæ 2. cap. 9.)* has ipsas leges sua memoria viguisse refert: harum autem exemplar haud scio an aliud usquam extet, ac propterea hunc Librum magni facito quisquis es qui eum nactus fueris. W. L. 1573. in gratiam antiquitatis. Sic autem

Incip. **Godes feoh 7 Ciricean . . . . .**

. . .

274a

. . . . . <fo 37r> (Margine habetur hæc notula. *Interponendum est nonnihil, ut in libro typis excuso videre est atque etiam periodus superior in illo libro non reperitur. E. D.)* <Dering>

. . .

276a

. . .

Fol. 119. **Incipiunt Priuilegia Æcclesiæ S. Andreæ Hrofensis. concessa a tempore Æthilberhti Regis. qui fide Xp'iana a B. Augustino suscepta. eandem Ecclesiam construi fecit.** (scil. Registrum Chartarum ac Instrumentorum ejusdem Ecclesiæ: e quibus illas tantum in medium profero quæ aut Saxonice scriptæ sunt, aut saltem ubi Termini terrarum recitantur Saxonice; omissis reliquis cum Placitis & Narrationibus Historicis, quæ Latine tantum exstant, utpote ab instituto nostro alienis.)

LIII. Carta Æthelberhti Regis Cantuariorum, qua donat certas terras Ecclesiæ S. Andreæ in civitate **Hrofi.** 4 Kl. Maias, Indict. 7. (h.e. A.D. . . . .) Qua-

rum ejusdem terrarum Termini extant Saxonice.

LIV. fol. 129. Donatio dimid. Aratri in **Bromgeheg** cum Marisco de Scaga, Diorano Hrofensis Ecclesiæ Antistiti, per Egcbertum Regem Cantuariorum. A. Dom. 778.

LV. fol. 134. Venditio 20 Acrarum, & viculi dimidiati, cum marisco in Civitate Hrobi, Waermundo Episcopo, per Æthelbearhtum Regem Occidentalium Saxonum seu Cantwariorum, A. D. 790.

LVI. fol. 140. Dumni cujusdam Donatio Terrarum Uxori suæ pro vita sua, & post obitum ejus Monasterio S. Andreae, Saxonice.

LVII. fol. 140, b. Donatio terrarum in duobus locis, amico suo **Cuðwulfo** Hrofensis Ecclesiæ Episcopo, per Ætheredum Regem Occidentalium Saxonum, nec non & Cantuariorum. A. D. 868.

LVIII. fol. 141, b. Donatio Terrarum in **Cucolanstan**, cum Ecclesia S. Michaelis Archangeli, Swithulfo Episcopo Roffensi, & Ecclesiæ Sancti Andreae, per Æthulfum Regem Saxonum. A. D. 880. Indict. 13.

LIX. fol. 143. Donatio trium Aratrorum in **Meallingas**, Burhrico Episcopo & Monasterio S. Andreae, per Eadmundum Regem Ang. nec non & Merciorum.

LX. fol. 144. Testamentum Byrhtrici & Ælfswithæ uxoris ejus Saxonice. (Sequitur etiam Lat. fol. 145, b. Ex hoc Cod. illud evulgavit Gulielmus Lambardus Saxonice & Anglice, in libro cui Titulus **The Itinerary of Kent**, Londini Impresso, A.D. 1596.)

LXI. fol. 147. **Ðus wæron ða seox Sulung æt Wuldaham Sc'e Andrea geseald into Hrofeceastre.** De his terris, statim sequitur eadem Narratio Latine scripta sub hac Rubrica. **Isto tali ordine fuerunt illæ. vi. Sulingæ quæ uocantur Uuldeham primum uenditæ Eccl'ie Sc'i Andreae Ap'li de Hrofecestra. et postea extractæ. et iterum emptæ ipsi Æccl'æ. ac tandem per beatum Dunstanum Archiep'um iuramento mille uirorum eidem Æccl'ie acquisitæ. et iure Hereditario in æternum relictæ.**

276b

LXII. fol. 150, b. Venditio 10 Mansarum seu Sulungarum æt **Bromleage** Ælfstano Antistiti & Ecclesiæ Hrofensi, per Eadgarum Regem Anglorum cæterarumque gentium. A. D. 955. Indict. 9.

LXIII. fol. 152. Donatio 6 mansarum æt **Wuldaham** & 1 mansæ æt **Lytlanbroce** Goduino Hrofensis

Ecclesiæ Pontifici, per Æthelredum totius Anglorum nationis Regem. A. D. 915. Indict. 8.

LXIV. fol. 155. **Her cyð on ðysum gewrite hu Godwine Biscop on Hrofeceastre. and Leofsine Ælfeages sunu wurðon gesybsumode ymbe þ' land æt Snoddinglande on Cantwarabyrig.** (Sax.)

LXV. fol. 156, b. Restitutio 6 Sulungarum (**Bromleage**) cum Sylvis in **Andrede**, per Æthelredum Regem facta Ecclesiæ Hrofensi, A. D. 998. Indict. 11; quas quidem terras cum Sylvis, ab eadem Ecclesia abstraxerat idem Rex tempore Juventutis suæ, instigante Æthelsino Dei omnipotentis ac totius populi inimico.

LXVI. fol. 159, b. Donatio 15 mansarum **æt Stantun 7 æt Hiltun** Goduino Hrofensis Parœchiæ Episcopo, per Æthelredum Regem Anglorum. A. D. 1012. Indict. 10. (Hac in Charta memorantur Acta quædam Concilii sapientum Regni, notatu digna.)

LXVII. fol. 162. Nomina servorum & servarum prædialium, qui Glebæ adscriptitii erant in villa **Wuldeham** dicta. nomina eorum qui orti sunt ex **Cincestune**, & **Cealce**. Deque terris Ælfeahi quas ab Eadmundo Rege emit Ælfstanus. (Saxonice.)

LXVIII. fol. 162, b. De Ægelio Wuldehamensi, qui tempore Siwordi Episcopi filiam suam cum filia ejus ex genere Tottelis subduxerat, substitutis aliis in loco earum. (Saxonice.)

LXIX. fol. 162, b. **De Falchehan 7 Bromleage**. Sub hac Rubrica sequitur Historia Curie, Saxonice, in qua Rex Eadgarus cum Dunstano Archiepiscopo, Æthelwoldo Episcopo, Ælfstano Episcopo & Ælfhero Comite & multis aliis Regis Sapientibus Londini conserunt. In hac Curie Londinensis historia narratur, ut Ælfstanus Episcopus Roffensis repetitas Chartas sive Codices prædii Snodinglandensis ab Ælfrico Æscwynes-sun qui illas ei furto abstulisset accepit, & ut in curia emit prædia **Bromleah & Fealcnaham** cum eorum Chartis, a Rege 50 mancussis Auri & 130 Libris, quæ Ecclesiæ S. Andreæ Roffensi dedit.

LXX. fol. 166, b. **Dis is ðære Bricce-geweorc on Hrouecæstre**. Saxonice. Eadem autem habentur ad hujusce Cod. fol. 164, b. Latine scripta, sub hac Rubrica, **Hæc descriptio demonstrat aperte unde debeat Pons de Rouecestre restaurari. quotiens fuerit fractus**. Habentur, cum Anglica Versione Gul. Lambardi, in lib. cui tit. **a Perambulation of Kent**.

LXXI. fol. 170, b. Carta Literarum Patentium, qua manerium de Franchenham concessit Lanfranco Archiepiscopo Cantuar. Willelmus I. Anglorum Rex.

Sequuntur quamplurima alia Latina scripta, nempe Diplomata Regum & Procerum, Archiepis. Epipis. &c. Narrationes Historicæ, Conventiones, Contentiones, Confirmationes, Donationes, Indices Benefactorum (inter quos plures fuerunt Presbiteri conjugati) & Benefactionum eorum, Consuetudines Terrarum. & monachorum Roffensium, Ordinationes Episcopales, Redditus Terrarum, & Ecclesiarum, &c. cum mutilato Catalogo Codicum Roffensis Ecclesiæ (in quo memorantur hi libri Saxonice scripti, viz. **Liber Pastoralis Gregorii Papæ, & Sermonalia in duobus Voll.**) quæ omnia, ad alia festinans Saxonice scripta, lubens prætermitto.